

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Disciplina c
cum fonte primo

Iugo discipline insolentia morum domanda est,
quousque duris ac diuinis seniorum attrita legibus humilietur
et sanetur ceruiciosa uoluntas, bonumque in se nature
quod superbiendo amiserat, obediendo recipiat.

Bernardus super Cantica.

At quoniam, bono naturae in moribus superbia depravato,
facti sunt homines aequalitatis impatientes,
contententes invicem superiores constitui,
atque alterutrum supergredi cupientes, et inanis gloriae cupidi,
invicem invidentes, invicem provocantes,
primo omnium in cella priori,
iugo disciplinae insolentia morum domanda est,
quousque duris ac diutinis seniorum attrita legibus humilietur
et sanetur cervicosa uoluntas, bonumque in se naturae,
quod superbiendo amiserat, oboediendo recipiat,
dum solo iam naturali affectu, non metu disciplinae,
cum universis naturae suae sociis,
id est cum omnibus hominibus, socialiter,
quantum in se est, quieteque sese habere didicerit,
in cellam tandem naturae transiens,
experiensque quod scriptum est:
ECCE QUAM BONUM ET QUAM IUCUNDUM HABITARE FRATRES IN UNUM!
SICUT UNGUENTUM IN CAPITE.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 23.6
(SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.142, ll.6-17).